



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 74. Depensus suam opinionem retractare a Facultate jussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

## §. LXXIV.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1562.*Depensius suam opinionem retractare  
a Facultate jussus.*

Postquam Demouchius hunc articulum *Argentrel. c.*  
præsentibus cunctis Doctoribus præ- p. 333.  
legerat, Depensius respondit, articu-  
lum hunc esse conferendum cum suo  
scripto, quod tradidisset, cum illum  
non satis conformem esse censeret. In-  
terposita hac petitione secessit, ut Do-  
ctores magis libere desuper deliberare  
possent: itaque Facultas decrevit, De-  
pensium ad professionem subscribendam  
non esse admittendum, nisi prius suam  
de sacris imaginibus opinionem revo-  
casset.

Verum Cardinalis Lotharingus hunc  
Virum plurimi habebat, eumque Anno  
Domini millesimo quingentesimo quin-  
quagesimo quinto sui Romam versus i-  
tineris socium selegit, quapropter, prius-  
quam Tridentum cum eo proficiscere-  
tur, hanc controversiam sopiri desidera-  
bat, statuens, ut in quodam congressu  
Facultatis Decanus Depensium horta-  
retur, quatenus componeret quemdam  
librum *de veneratione Sanctarum imagi-  
num*, ut hac ratione saltem pusillorum  
scandalum inde exortum tolleret, simul-  
que decimo sexto Facultatis articulo  
contra novas hæreses subscriberet, pa-  
lamque

A a a 5 lamque

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

lamque profiteretur, quod pietatem spiraret, coram Christi crucifixi, Beatissimæ Virginis, & Sanctorum imaginibus genua flectere, hacque ratione Christum, Sanctosque invocare: ea propter die sexta Augusti eadem Facultas habito conventu circa propositam fopiendæ litis viam deliberabat, Doctoribus unanimi suffragio decernentibus, ut Depensus, absens tamen, interrogaretur, an approbaret, aut reprobari præfatum Scriptum de imaginibus in eadem Facultate a Domino Demouchy prælectum in congregatione superiori de eodem negotio celebrata, quod quidem Scriptum dictus Depensus dicebat sibi datum a Christianissima Regina matre deferendum ad Dominos Deputatos Facultatis Theologicæ, qui Christianissimi Regis jussu missi erant ab eadem Facultate ad Sanctum Germanum a Laya.

§. LXXV.

*Lotharingius Cardinalis hanc controversiam decidendi auctoritatem sibi arrogans.*

*Argentre l.c.* Cardinalis Lotharingus nulla habita ratione ad illud scriptum, quod Depensus a se emanatum negabat, Parisiis statuit, ut præfatus Doctor præsentibus Decano, ceterisque Doctoribus in publico Facultatis conventu quamdam